



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

Scholastica Doctrina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

SCHOLASTICA DO- ctrina.

1. Doctrina Diui Thomæ Aquinatis angelica est.

Doctrina Diui Thomæ confirmata est, quia Christus ad Thomam per imaginem crucifixi miraculose dixit: Bene scripsisti de me Thoma, Quam ergo mercedē accipies pro labore tuo? Qui respondit: Domine, Nisi te ipsum. Huius admirandæ confirmationis testis est omnis ciuitas Parthenopea, quæ præfaram imaginem summo ueneratur studio.

Eiusdem doctrina approbata quoque est à beatissima Virgine Maria, eidem apparente & dicente, doctrinam Thomæ filio suo esse acceptam. Testante hac fida narratione gestorum S. Thomæ.

Item D. Thomæ doctrina approbata est à sanctis apostolis Petro & Paulo, eidem apparentibus ac plurima reuelantibus.

Sanctus Thomas egregie exposuit sacras literas per Aristotilem.

Nemo adhuc qui Thomam secutus est, unquam in hæresim uel errorem incidit.

Dogma Diui Thomæ semper tutissimum inuenitur, nunquam enim declinat à sententia quatuor doctorum ecclesiæ.

2. Diuus Bonauentura, eruditus, facilis, innocens,

DE DOCTRINA SCHOLARUM ²²⁶

icens, & paripateticus ubique inuenitur. *doctor deuotus*

3 Albertus Magnus omnia siue humanitatis, siue diuinitatis didicit.

4 Ioannes Scotus acutus, uersatili ingenio praeditus, ingenuè disputans, patrum ac liberalium artium studia ueneratur. *doctor subtilis*

5 Durandus ardens, cordatus, profundus, qui aut propria honestè tutatur, aut comiter dissidentes doctores reconciliat. *doctor illuminatus*

6 Petrus de palude, maturus legum memoria, dilucidus peripatetica disciplina, distinctus Thomistica eruditione, noua molitur scribere temperatus, suauis, & placidus comprobatur.

7 Ioannes Capreoli Tholosanus, in quo intellectus Thomisticae sapientiae residet, securus satis superque est, amplus, solers, acutus & grauis, à rectè sentientibus iudicatur.

8 Thomas Caietanus uiuacis ingenii, catholicus semper & perspicax, nubilo nonnunquam scribendi genere spectatus, neque barbarus, neque angelici doctoris interpretis habetur. *doctor profundus*

9 Syluester non ambiguus sparsa colligit, laboriosus, fidelis, partitur unita, dissoluit nodos, secernit abdita.

FRANCOFORTI, APVD CHRIS-
tianum Egenolphum, Mense
Maio.

M. D. XLI.

DE DOCTRINA ECCLESIAE

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DE DOCTRINA ECCLESIAE

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.